habens aridam· & interrogabant eum dicentes; si lic& sabba
tis curare· ut accussarent eum; Ipse autem· dixit illis; Quis erit
ex uobis homo qui habeat ouem unam· & si caeciderit haec sabba
tis in foueam· nonne tenebit & leuabit eam· quanto magis
melior est homo oue· Itaque· lic& sabbatis bene facere;
Tunc ait homini; extende manum tuam; Et extendit· & restituta
est sanitati sicut altera; Exeuntes autem pharisei· consilium
faciebant aduersus eum· quomodo eum perderent· Ihs autem
sciens· recessit inde; & secuti sunt eum multi· & curauit eos omnes;
& praecepit eis· ne manifestum eum facerent; ut adimplere
tur quod dictum est· per esaiam prophetam dicentem; Ecce
puer meus quem elegi· dilectus meus in quo bene conplacuit
animae meae· Ponam spm meum super eum· & iudicium gentib;
nuntiabit; Non contend&· neq; clamabit· neq; audi& aliquis
in plateis uocem eius; harundinem quassatam non confring&·
& linum fumigans non extinguit; donec eiciat ad uictoriam
iudicium· & in nomine eius gentes sperabunt; Tunc oblatus
est ei demonium habens caecus & mutus· & curauit eum ita ut
loqueretur & uideret; Et stupebant omnes turbae· & dice
bant; Numquid hic est filius dauid· Pharisei autem audi
entes dixerunt· hic non eicit demones· nisi in beelzebub
principe demoniorum; Ihs autem sciens cogitationes eorum·
dixit eis· Omne regnum diuisum contra se· desolabitur;
& omnis ciuitas uel domus diuisa contra se· non stabit; & si sata
nas satanan eicit· aduersum se diuisus est; quomodo ergo
stabit regnum eius· & si ego in beelzebub eicio demones·
filii uestri in quo eiciunt· ideo ipsi iudices erunt uestri; si autem
ego in spu di eicio demones· igitur peruenit in uos regnum
di· Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis
& uasa eius diripere· nisi prius alligauerit fortem· & tunc